

The building of the good ship Argo

Jāsōn socium quendam, cui nōmen Argus erat, nāvem aedificāre jusserat. Is enim summam rērum nauticārum scientiam habēbat neque eī difficile erat nāvem quam optimam facere. Tum ita sociōs allocūtus est, "Egō ipse curābō ea quae emere oportet. Vōs, sociī, parēte Argon et quodcumque imperābit, facite. Tū, Orpheu, cantā, dum aliī labōrant. Cantandō sociōs juvābis. Nōlīte morārī. Sī voluntās nostra recta fuerit, actiō quoque recta erit. Deā Athēnā nōs juvante, brevī tempore opus conficiēmus.

Vocabulary

alloquor, alloquī, allocūtus sum + acc. to address

Argon is a Greek dative

cantō (1) sing

emō (3) to buy

enim conj. for (explains reason)

imperō (1) command

nauticus, -a, -um adj. nautical

nāvis, nāvis, f. ship

pareō parēre paruī +dat. to obey

quam optimam, quam + superlative = "as _____ as possible"

quīdam, quaedam, quoddam a certain man/woman/thing

quoque adv. also

scientia, -ae, f. science, skill

socius, sociī, m. companion